

ordinavit carnem. Adhibetur autem huic facto prophete testimonium. ut appareat dominum quidem in omnibus que de ipso erant scripta complexisse: sed inuidia cecatos scribas et phariseos. ea que tibi legebant intelligere nequissime. Dicitur filie syon. ecce rex tuus uenit tibi mansuetus: sedens super asinam et pullum filium sub iugalis. Filia syon ecclesia est fidelium. pertinens ad supernam iherosolimam: que est mater omnium nostrum. Cuius portio tunc non minima erit in populo israhel regem habens mansuetum. quia non terrena inimicis: sed mansuetis celestia regna dare consuevit dicens. Dicitur amice quia inutilis sum et humilis corde. ~~quod~~ ~~quis~~ ~~requirit~~ ~~in~~ ~~animabus~~ ~~uris~~. De quibus psalmista. mansueti inquit possidebunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis. Rex ergo mansuetus idest christus humilibus corde terram pacis tribuit: quos in terra belli et tribulationum. quondam rex impius idest diabolus superbie uulnere strauit. Sedens inquit super asinam et pullum filium

autem asinam et pullum discipuli imposuerunt super eos uestimenta sua: et dominum desuper sedere fecerunt. uestimenta discipulorum: opera sunt iusticie. psalmista testante qui ait. Sacerdotes tui induantur iusticiam. Asinos quos nudos inueniunt discipuli. suis sternunt uestimentis et ita dominum desuper imponunt: cum predicatorum sancti quolibet a sanctitatis habitu nudos inueniunt. hos que uirtutum suarum exemplis: ad suscipiendam fidem et dilectionem sui conditoris imbuunt. Non enim nudam dominus asinam non nudum uoluit ascendere pullum. quia siue iudeus siue gentilis nisi scorum fuerit dictis ornatus et actus: non potest dominum habere rex: sed regnat potius peccatum in mortali eius corpore: ad obediendum concupiscentis eius. Purissima autem turba: strauerunt uestimenta sua in uia. Plurima hec turba innumerabilem martyrum designat exercitum. qui corpora sua a inimicorum uidelicet tegumenta pro domino dabant: quo sequentibus electis plantorem recte ui

